Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31395
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">>



Stultum ezechiam Iosiamq; et ceteros reges
stultos ut paucum religiosos. qui in urbe
hierusalem cum sacerdotibus sustinuerunt
nec tota illis urbe cesserunt. plus sapit
Constantinus tradus. q̃ illi tota Roma
sapere potuerunt. Et imperatorem celes
tem appellas quia terrenum accepit im
perium. Nisi deum intelligis (nam ambi
gue loquiris) a quo terrenum principatu
sacerdotum sup urbe romana cetera
loca constitutum esse mentiris. Ut
uero omnia que p hanc imperialem
sacram constitutionem et p alia diuina
decreta statuimus. etiam firmamus
usq; in finem mundi illibata et in con
tusa p manere decreuimus. Modo te
terrenum vocaueras Constantine nu
dum sacerdotemq; vocas. Ad gentilitate
redis et plusq; gentilitatem. denn te
facis et vba tua sacra et decreta in mo
talia. nam mundo impas ut tua iussa
conseruet illibata et inconcussa. non ro
gitas quis tu es. modo e sceleratissimo
impietatis cenolotus et due plotius.
Cur non addebas tota omnis aut vna
apice de priuilegio hoc non preteribit. ut
non magis peat celum et terra. Regnum
Saul a deo electi ad filios non peruenit.
regnum David in nepote disceptum
e. et postea extinctum. et tu ad finem
usq; mundi regnum quod tu sine deo tra
dis. p manserunt tua auctoritate disce